



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

xv. De Officio Vicarij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

contra sui Præfulis ordinare de-
cretum audere debent.

Obtinentes aliquam præposituram debent
etiam habere eius præposituræ ordinem,
h. d.

a clem. 2. de æ-
tat. & qua-
li.

Admonendi sunt autem ij,
qui præposituræ alicuius admi-
nistrationem canonicè volunt
obtinere, vt non solum nome-
verum etiam ordinem habere
studeant. Vnde b nisi qui Archi-
diaconatum tenent, Diaconi:
aut, qui Archipresbyterorum,
presbyteri infra annum fiant,
amittent honorem, etiamsi ius-
ta causa prohibente presbyte-
ri, aut Diaconi esse non potue-
rint.

b can. 1. disti.
60.

DE OFFICIO

vicarij,

TITVLVS XV.

Vicarius Episcopi non potest inquirere, pu-
nire, priuare beneficijs, uel eadem conferre, nisi
hæc specialiter sibi committantur. h. d.

Per Vicarium quoq; , cum E-
piscopus per se ipsum defer-
uire, & residere rationabili
causa prohibetur: aut præsens,
omnibus commodè par esse nõ
potest, Episcopalis representa-
tur auctoritas. In quo tamen
illud aduertendum est, quòd, li-
cet per generalem officij com-
missionem Vicario facta e, cau-
sarum cognitio trāsferatur: po-
testas tamen inquirendi, corri-
gendi, aut puniēdi aliquorum
excessus, seu aliquos à suis be-
nificijs, vel administrationib.

c ca. 2. et ca.
seq. cod. tit.
in 6.

amouendi, vel beneficia confe-
rendi (nisi specialiter concessa
sint) non transfertur.

Habens curam animarum in diuersis Ecclē-
sijs, uel laicus, non potest constitui vicarius.

Debet autem Episcopus cir-
cumspectus esse, ne laicum Vica-
rium sibi constituat. Inde-
corum d est enim, laicum homi-
nem viros Ecclesiasticos iudica-
re: nec in vno eodemq; officio
debet dispar esse p̄fessio. Quod
etiam lege diuina prohibetur:
dicente Moysē, Non arabis in boue et
asino. Inde & Honoriana consti-
tutione cauetur, Vt Episcopus
eum, qui perpetuam Vicariam
obtinet, per subtractionem pro-
uentuum vel ipsius Vicarię ab-
lacionem cōpellat, vt se in pres-
byterum promoueri faciat.

d can. in nona
actione. 16.
q. 7.

e ca. fin. extr.
cod. tit.

A Vicario, appellatur ad Archiepiscopū:
ab Archidiacono, ad Episcopum. h. d.

Inter Vicarium autem, & Ar-
chidiaconū illud interest, q, à
Vicario, nõ ad Episcopū, sed ad
Archiepiscopū: ab Archidiacono
verò, nisi aliud Ecclesiarum
inducat consuetudo, ad ipsum,
cui immediatè subiacer, Epi-
scopum erit appellandum.

f cap. Roma-
na. de ap-
pel. in 6.

DE COADIUTORE,

TITVLVS XVI.

Ex causa datur Episcopo coadiutor, cuius
datio ad sedem Apostolicam spectat h. d.

Accidit & etiam interdum,
A vt Pastor senio aut corpo-
ris valetudine impeditus,
aut sanę mentis consilio desti-

g cap. 1. de
cleri. agro.
uel debili-
in 6.